

# Notes du mont Royal



[www.notesdumontroyal.com](http://www.notesdumontroyal.com)

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES  
Google Livres

Hagenoæ ex Academia Anshelmiana Mensæ  
Octobri Anno M. D. XVIII.




# LVCIANI


SAMOSATENSIS

DIALOGI DVO,

CHARON ET

Tyrannus, in qui  
bus mira gratia  
humanę con  
ditionis miseriæ  
depinguntur, Petro  
Mosellano Protegensi  
Interprete.





ILLVSTRISSIMO FRIDERICO  
SAXONVM DVCI, MARCHIO  
niq; Mysiae, & prouinciae Tyringiae Præsidi,  
principis Georgii Opt. patris Opt. filio,  
Petrus Mosellanus S.

IN OMNI RERVM GENERE, FRIDERICE  
Princeps inclyte, nuda ueritatis imago, nescio quē  
præ se fert horrorem, a quo humane mentis oculi ma-  
gno suo malo non raro refugere ac resilire solent. Nā  
ut medicus, si absynthii amaritudinem e groto delicato  
nudam exhibuerit, frustra laborat, & surdo, qd aiunt,  
fabulam narrat, uerum molle circunlitam, aut saccaro  
respersam, aut dulciori saltem nomine temperatam;  
priusq; plane sentiatur, intrudit, & officiosa fraude, la-  
borantem bonæ ualetudini restituit. Ita in re literaria  
citius persuadent, nō qui recte uiuendi rationem, que  
uera est philosophia, proponunt nudam, sed qui eam  
offerunt uerborum uenustate ornatam, iocis amoenis  
& salib. festiuis conditam, fabularum inuolucris conte-  
ctam. Hæc nimirum est illa x̄æs quæ, sicuti lyricorū  
princeps canit, ἀπαντά τεύχει Τὰ μέλιχα, θυαρίσ επιφέροι  
Q. πημάν, cuius beneficio uel falsa pro ueris se se morta  
libus nonnunq; insinuent. Id qd prudenter intellexit  
ille ingeniorum fons Homerus, qui priscaæ sapientiæ  
decreta arcanis fabularum tectoriis tam mirabili ratio-  
ne inuoluit, ut ex eius poesi, quemadmodū testat Plu-  
tarclius, omnes omnium ueterum philosophorum se-

Etæ ceu stirpe sint propagatae. Quam diuinam diuinis  
Homeri uirtutem, ut pleraſcū om̄neis Vergilius no-  
ster foelicissime expressit. Nec aliud spectauit Plato in-  
ter philosophos iure optimo deus appellatus, qui Ho-  
mericæ eloquetiæ maiestatem uerborumq; flores, cū  
philosophica seueritate sic temperauit, ut si mihi det  
optio, huius philosophi disputationes quantumuis fe-  
riasis animi causa malim tractare, q;uel Plauti comedias  
spectare. Quid q;d & ipse CHRISTVS (si fas est hūc  
cum ethnicis recensere) non alio respexit? Etem cum  
nouam philosophiam & delicatis aurib. parum suauē  
docturus esset, non apertis & nudis p̄ceptis rem est  
aggressus, sed quemadmodum iam multo ante in psal-  
mis promiserat, ἀλλὰ μετὰ τῆς ζωῆς ἡμῶν hominum du-  
ra pectora premollire tentauit. Atq; adeo hac arte p̄  
fecit, ut paucis annis partim per se, partim per suos le-  
gatos uniuersum orbem in suas p̄traheret leges. Vscq;  
adeo parum cōuenire uideſt, iuxta Persium Auriculas  
tæneras mordaci radere uero. Iam si quis est ex eo ge-  
nere scriptorum, quos ob uariarum rerum tractationē  
erudit̄ iuocat mixtos, qui, quoniam misceat utile dulci,  
Flacci sententia, Om̄ne ferat punctū, is meo q;dē iudicio  
Lucianus erit. Cuius dialogos urbano lepore gratos,  
& eruditis facetiis falsos mirum q; sc̄ docti amplectunt  
om̄nes, & in summis habent delitiis. Porro ne latina lin-  
gua tantarum uoluptatum esset expers à complurib;  
iam est elaboratum. Inter quos summum tenet locum  
ERASMVS ROTEROdamus, ut qui iā pluria ei⁹  
authoris monimēta latinitate foelicissime donarit. Nō

nullis manus admolitus est, nec id infelicitate, Thomas Morus, inter Britannos nec ingenii parui, nec eloquentiae vulgaris. Conati sunt & alii non nihil, sed ut non eodem seculo, ita nec pari felicitate. Superfunt adhuc multa latinis aurib. haec tenus inaudita. Quorum nos aliqua tentauimus. Quo id genio, quo ue successu dia logis his duobus in hoc potissimum editis consilium est experiri. Idque felicissimi nominis tui auspiciis, princeps Sereniss. Nam cum parentis tui, optimi principis munificetia in hoc uestro celeberrimo gymnasio utri usque literaturae studiis propagandis operam insumam, si quid ingenii huius ager produxerit, hoc totum uobis debet, estque tuæ celitutini cum maximo patre commune. Presertim cum tu etiam admodum adulescens, immo felicissimæ indolis puer sub Gotfrido Syboto domestico preceptore utriusque lingue studia cupidissime secteris. Que equidem Friderico, hoc esse credo, quod iam olim fuit Alexandro illi Magno Aristoteles, quodque Achilli Phœnix Homericus. Si quidem cordatissimus pater intelligens iuxta Platone, nulli rei maiorem curam, quam liberis recte instituendis, adhibendam hunc tibi delegit, & προέκεινα τηλετας μετριας τε γρατης εμμηνου προκτηρα τε εργα. Is dubius, procul pro sua tua eruditione, cum summa in te fide nihil non perficit. Tu modo uide, ut uere principe agas, hoc est, literas et uirtutes isto fastigio dignas amplectaris. Ne, quam in patre principe optimo miramur, in te eius nato frustra expectemus. Bene uale principum feliciss. Lipsiae Nonis Martii. Anno M. D. XVIII.

# LVCIANI DIALOGVS, CHARON

sive Contemplantes, Petro Mosellano

Protegensi interprete.

## MERCVRIVS. CHARON.

**Q**uid rides o Charon; aut cur deserto nauigio in  
Qhanc lucem ascendisti, non admodum assuetus  
superum rebus interesse? **CHAR.** Cupido  
me cepit o Mercuri uidendi, & quæ nam in uita gerā  
tur negocia, & quibus studiis homines teneant. Tum  
etiam quibus bonis exuti plorent omnes, ubi ad nos de  
scēderint. Neq; em ex ipsis quisq; citra lachrymas tra  
iecit. Quare exemplo illius Thessali adulescentis, com  
meatu à Dite impetrato, ut unum saltem diem à naue  
abesse liceret, in lucem ascendi. Ac mihi uideo, in ipso  
plane tempore in te incidisse. Nam peregrinus cū sim,  
sat scio, te non grauari, quin obambulando me ducas,  
singulac; demonstres, ut qui uniuersa iam habeas cō  
perta. **MER.** Non est ocium o portitor. Nam abeo iā  
nunc, negocium qddam, qd ad mortalium statum pti  
net, ab loue summo datum expediturus. Ille aut̄ ad ira  
cundiam propensior est, ut plane uerear, ne cunctantē  
me uel totum uestre sortis esse permittat, caligini uide  
licet addictum, uel quemadmodum nuper Vulcanū,  
ita & me correpto pede ē summo deiiciat cælo. Nimi  
rum, quo & ipse pocillatoris munere fungens, claudi  
cando risus moueam. **CHA.** Despicias ergo me teme  
re & indecore in terra oberrantem, p̄sertim amicus &  
nauigationis socius, tum & nostræ rei publicæ ex parte

legatus? Atqui conueniret o Maiæ proles illorum te  
etiam'num meminisse, qd te uel sentiuam exhaustire,  
uel remum agitare ne unq̄ quidem iusserim. Quin tu  
interim, quanq̄ adeo robustus es humeris, in nauigii  
dorso porrectus stertis, aut, si quam forte ex Vmbris  
loquacem offendaris, cum hac inter nauigandum ppe  
tuo confabularis. Ego uero q̄ tumuis senex remigium  
agens duplex, solus remigo. At te per patrem obsecro  
o charissime Mercuriole, ne me deseras, sed ut nouo  
aliq̄ conspecto, redeam, indica quæ nam in uita gerū.  
Quod si tu me neglexeris, nihil plane ab ipsis cecis dif-  
ferre videbor. Ut em illi lubrico gressu per caliginem  
titubant, ita rursus ego ad lucē tibi hallucinabor. Quiū  
tu hanc mihi das gratiam o Cylleme perpetuo memo-  
ri futuro. MER. Hæc profecto res uerberum mihi cau-  
sa existet, adeo, ut iam hinc cōmonstratiōis huius mer-  
cedem non sine tuberibus nobis fore prospiciam, obse-  
quendum tamen. Quid em facias ubi amicorum quis-  
piam impellat? Principio ergo, ut omnia singulatim et  
examissim conspicias, frustra laboras o portitor. Nā  
hoc multorum annorū fuerit negocium, deinde & ipi  
mihi uerendum, ne interim tanq̄ transfugam lupiter  
me abdicet. Tibi uero q̄ minus mortis munia pagere  
posses, fuerit impedimento. Necq̄ nō Ditis imperio de-  
traxerit, cum uidelicet lōgo adeo tempore umbras ad  
ueheres nullas. Postremo & Aeacus qui portorio col-  
ligendo profectus est, stomachabit, ut qui tanto tpe  
ne obulum quidem lucrificerit, Verum qua uia ipsa

rerum capita uidere possis, iam cōsilium nobis erit ca-  
ptandum. CHA. Ipse o Mercuri, qđ optimum factō  
fuerit, uideris. Ego uero peregrinus cum sim in terra,  
quid rerum hic agat, nescio. MER. Breuiter o Charō  
editiore aliq̄ loco opus erit, ut inde cūcta queas, p̄spice  
ce. Cæterum si in cælū subuolare tibi foret facultas, nō  
laboraremus. Cum aut̄ te, cui semper cum mortuorū  
simulachris commertium fuit, louis regiam calcare mi-  
nime liceat, iam tempus fuerit, excelsum aliquem mon-  
tem disquirere. CHA. Nostri o Mercuri, quæ ad uos  
inter nauigandum dicere consueverim. Siquidem ubi  
& procellosus uentorum flatus obliquo uelo incubue-  
rit, ut in sublime tollant̄ fluctus. Ibi uos, quæ est uestra  
imperitia, iubetis uel uekum trahere, uel pedem pauli-  
sper accommodare, uel etiam ip̄ius uenti cursum secta-  
ri. At ego quietem uos agere iubeo, ipsum enim me,  
qđ optimum sit, non ignorare. Quin ergo & tu idem  
imitaris, & p̄sentia quum sis gubernator, quæ tibi con-  
uenire uisa fuerint facito. Ego uero, ut est uestorū con-  
ditio, tacitus sedebo, per omnia tibi iubenti obsecūdās.  
MER. Recite admones o Charon, ipse em̄ quid factō  
opus sit, sciero ac speculam nobis idoneam inuenero.  
Num ergo Caucasus idoneus, aut hoc altior Parnass⁹  
aut utroq̄ eminentior Olympus ille? Atqui in Olym-  
pum mihi intuenti non contemnendi cuiusdam cōsiliī  
in mentem uenit. Verum ad hāc rem tuo & labore &  
obsequio pariter erit opus. CHA. Tuum ergo fuerit  
imperare o Mercuri, equidem pro mea uirili in oībus

parere conabor. MER. Homerus poeta dicit Aloei  
filios, cū & ipsi duo essent, ad hæc pueri, statuisse olim  
una cū radicib⁹ Ossam euulsum Olympo superimpo  
nere. Deinde & huic Pelion, q̄ arbitrarent hoc pacto  
sufficientem se gradum & ascensum in coelum habitu  
ros. Verum hi adulescētuli, cum impii essent, audacie  
suæ poenas dederūt. Nos aut qui hæc in deorum iniu  
riam minime molimur, cur non & ipsi eadem via ædi  
ficamus montem monti adglomerando? q̄ uidelicet  
exactiorem & commodiorem habeamus prospectū.  
CHA. Et duob⁹ nobis o Mercuri tuires suffecerint ad  
loco mouendum uel Pelion, uel etiā Ossam. MER.  
Quid ni o Charon, an tu nos abiectiores, magisq; im  
becillos infantulis illis iudicas? maxime quum simus  
diū. CHA. Nequaq; sed res ipsa incredibilem quādā  
magnifici operis ostentationē continere uideat. MER.  
Non iniuria, rusticus em̄ es, & in elegantia poetica mi  
nimē uerfatus. At egregius Homerus duobus statim  
uersibus accessum nobis parauit in cælum, adeo facile  
congestis montibus. Porro demiror hæc tibi prodigi  
osa uideri, quum tamen Atlanta non ignores, qui uel  
solus coelum ipsum fert uniuersos nos sustinēs. Sed &  
de fratre meo Hercule forte audisti, quomodo ipsi illi  
. Atlanti in officium successerit, ipseq; se oneri tantisp,  
dum ille interquiereret, supposuerit. CHA. Audio  
sane huiusmodi. An aut uera sint, tu & poetæ uideritis  
MER. Verissima o Charon. Alioqui qua gratia uiri  
illis sapientes ementirent? Itaq; qđ foelix faustumq; sit,

primum Ossam eruam⁹, quemadmodū carmen p̄scribit, & ipse architectus Homerus. At super Ossam Pelion arboribus densum. Vides q̄ citra negocium pariter & q̄ poetice effecerim⁹? Age hac mole consensa dispiciam, num aut hæc faciant satis, aut plura superstruere oporteat. Pape quid hoc? Herem⁹ adhuc in ipsa cœli radice. Etenim ab oriente sole uix Ionia & Lydia conspicunt. Ab occidente uero non ampli⁹ Italia ac Sicilia Porro a septentrione ea solum, quæ Istro adiacent, apparent. Illinc aut̄ Creta, necq; hæc admodū aperte. Quare sicuti uidet̄ & Oetam trāspōnere oportet. Postremo om̄ibus superimponendus Parnassus.

CHA. Sic faciam⁹. At hoc solum uide ne plus æquo at tenuando, opus ipsum tenuius, fragiliusq; reddamus, ita ut tandem una cum ipa mole deturbati, Homericā illam ædificandi rationem nimis amaram experiamur. nimirum caluariis ex casu p̄ fractis. MER. Bono anio es o Charon, res omnis in uado erit. Tu Oetam trāspo, ne, aduoluet̄ & Parnassus. En iterum cōscendā, Bene, habet, cuncta iā conspicio, & tu nunc ascende. CHA. Manum mihi porridge o Mercuri, necq; em̄ paruam ac humilem molem mē facis ascendere. MER. Si singula contueri gestis o Charon, discriminī te cōmittas, oportet. Non enim ita comparatum est, ut simul & extra periculum sis cōstitutus, & tñ, quæ cupis, liceat spectare. Postremo hac mea dextra nitere, ac pedetētim scandēdo, ne in lubrico pedem figas, caue. Nūc omni ex parte res bene se habet, quum & tu superaris. Iam uero,

q̄niā bicipiti uertice prominet hic Parnassus, uterq; altero occupato confidamus. Tu aut nunc oculis in orbem mihi ductis, intuere uniuersa. CHA. Terram uide amplam ac paludem quandā ingentem, q̄ undiq; terram circunfluit. Tum montes ac fluuios & Cocyto & Phlegethone ampliores. Ad hæc hoies admodum exiles, pariter & horum nidulos q̄sdam. MER. Vrbes illæ sunt, q̄s tu nidos arbitraris. CHA. Vides q̄ nihil nobis tanto labore sit effectum. Quin frustra sede mouimus Parnassum una cum Castalia, tum Oetam, cetero sc̄ monteis omneis. MER. Quid ita? CHA. Eqdē è sublimi exacte despicio nihil. Desyderiū aut erat nō urbes solum nec mōtes ipsos tanq; in tabula depictos intueri, uerum & hoies ipsos, tum quæ faciant, quæc; loquant exaudire, haud secus ac prius cum tu obuius mihi factus ridentem conspiceres, ac qd nām riderem percunctareris. Nam cum ridiculum quiddam audire mirū in modū delectabar. MER. Quod nā hoc erat. CHA. Cum qdam ab amicorū qpiam ad coenā, opinor, uocatus esset, in posterum inquit, diem ueniā maxime. Atq; interim, dum hæc diceret, tegula quædam nescio q̄ deturbante, à tecto in caput huic irruens, ipm necauit. Risū ergo hoiem, ut q̄ promissa minime p̄staret. Sed & nunc q̄ magis audiām, magisq; uideam, descendendum mihi censeo. MER. Quietus es. Nam & huic malo remedī inueniero. Atq; incātatiō ē qdā ab Homero accepta uidendi aciem acutissimā tibi uel breui reddidero. Ac posteaq; carmina ipsa pronunciaro,

memor sis non amplius hallucinari, uerum aperte cun  
cta contueri. CHA. Dic solum. MER.

Dimoui nubem, uisum quæ texerat ante  
Ut tandem agnoscas qui sint homines ue de' ue  
CHA. Quid est? MER. An non iã uides? CHA. Ma  
xime, cæcus sane Lynceus ille si mecum componatur.  
Itaq; deinceps hoc primum me uelim doceas, mihiq;  
punctanti respondeas. Sed heus tu, vin & ipsum me  
Homeris uersib; tecum agere, q; uidelicet intelligas,  
neq; ipm. me ab Homeri elegantia abhorrere? MER.  
Vnde tu quæso illius aliquid scire posses, nauita cū sis,  
& cum remis rem habeas? CHA. Vides, opprobria  
sunt hæc in artem. At ego, cum illum uita iam functum  
traicerem multa ex ordine canentem audiui, q;rū non  
nulla adhuc in memoria hærent. Porro tempestas nō  
mediocris tum nobis incubuit. Etenim posteaq; cantile  
nam quandam nauigantibus non admodū prosperam  
neq; salutarem fuisset auspicatus, carminum ui impul  
sus Neptunus & nubes conuocauit, atq; tridente ne  
lut unco q;dam hamo iniecto cum fluctuū pcellas exci  
tauit, tum aliis mltis turbis uniuersum miscebatur mare,  
adeo, ut parum abfuerit, quin tempestas, que una tum  
densa caligine imminebat, nauē nobis subuertisset. Tū  
ergo & ille nauseabundus bonam carminum partem  
Scyllæ & Charybdi euomuit. Sed & Cyclopi. MER.  
Nō ergo difficile fuit ex tanto uomitu paucula aliqua  
reservare. CHA. At dic mihi Crass? & ille quis est vir  
magnus conspicuusq;, uertice sublimi, atq; humeris la

tissimus amplis. MER. Milo Crotoniata hic est athleta  
applaudunt aut ei græci quod taurum sublatum solus per  
medium ferat stadium. CHA. At quanto iustiori cau-  
sa o Mercuri ipsum me laudibus ueherent, qui paulo  
post ipsum tibi Misonem quantus est, correptum in na-  
niculam imponam. Nempe ubi a morte inuictissimo  
aduersario lucta supatus, ad nos uenerit. Quando nec  
ipse plane intelliget qua cruris implicandi ratiōe sit de-  
iectus. Tum pfecto nobis plorabit, recordatus & ha-  
rum coronarū, & huius applausus. Nunc aut quia, pro  
pterea quod taurum gestarit, est admirationi, grandia sa-  
pit, ac mirifice sibi placet. Quid ergo de ipso arbitrabi-  
mur? Num quod mortem etiam aliquā sibi imminere spe-  
ret? MER. Quid? ille mortis recordaret in tanto flore?  
CHA. Missum huc face o Mercuri risum nobis haud  
ita multo post exhibiturū, quā uidelicet nobiscū nau-  
gans ne culicem quodam amplius, nedū taurū ferre pote-  
rit. Sed illud tu mihi dicas uelim quis alias ille vir gra-  
uis ac seueritate quadā uerendus. Ne etū græcus, quā  
ex peregrino habitu coniici poterit? MER. Cyrus o Cha-  
ron Cambysis filius, qui imperium quod olim Medi obti-  
nebant, ad Persas transtulit. Atq; idem Assyrios nup-  
deuicit, & Babylonem expugnauit. Ad hoc exercitum  
in Lydiā traducere iam parat, hoc iam in animo de-  
stinans, ut Croesus superato impium habeat in omneis.  
CHA. At Croesus ubi tandem ille? MER. Illorum  
oculos deflecte in magnam illam arcem, quae triplici  
muro est septa, Sardis ille. An non Croesum ipsum ui.

des in aureo sedentem solio ac cum Solone illo Athene  
niente differentem; uis auscultemus qua de re uerba  
faciat. CHA. Volo o Mercuri. CRœf. O hospes Athene  
nensis quia iam diuitias nostras uidisti, thesauros scili  
cet, & quatum nobis auri sit rudit, tum & aliam supel  
lectilem preciosam, dic mihi quem nam omnium ho  
minum fœlicissimum arbitraris? CHAR. Quid tan  
dem dicet Solon? MER. Ocio lo es animo. Nihil o Cha  
ron uel ingenerosum, uel contemnendū, SOL. Fœli  
ces quidē admōdū pauci. Verum ex his quos ego no  
ui Cleobirū & Bythonem sacerdotis filios arbitror fœ  
licissimos extitisse. CHA. Argiuæ sacerdotis hic dicit  
qui nup̄ postq̄ matrem uehiculo insidente ad sacrariū  
uscq; ipsi iugum subeuntes, adduxissent, è uiuis statim  
excesserunt? CROE. Esto, habeant illi fœlicitatis pri  
mas. At quis tenebit secundas? SOL. Tellus Atheni  
ensis, qui p̄terq; qđ bene uixit, mortem etiam pro pa  
tria obire non recusauit. CROE. Ego uero o scelus nō  
tibi uideor fœlix esse? SOL. Non dū o Croese statui,  
qđ necdum ad uitę metam peruereris. Rectissimus. n.  
eius rei index ac certissimus mors ipa existit, & uita ad  
finem usq; fœliciter perducta. CHAR. Optime fa  
cis o Solon, qđ nostri non es oblitus, qm cymbā ipam  
his de rebus iudicare cēles. Sed qui nam illi, qđ Croes  
emittit, aut quid humeris gestant? MER. Aureos Py  
thio lateres dicat oraculi eius mercedem, cuius benefi  
cio paulo post peribit. Est em̄ uir ille plus æq; uatibus  
deditus, adeo ut omnino ex ipsis pendeat. CHA. Et il-

Iud est aurum splendidum scilicet, qdç sub pallidū re-  
fulget rubore. Nunc em̄ quum ante iam sepe de eo au-  
dierim, ipsū primū video. MER. Hoc celebre illud  
est nomen, cuius gratia tantopere pugnat. CHA. Atq  
non video quo nam p̄cio cōmendet. Nisi hoc forte ad  
rem pertinet qd, qui ferunt, eo grauant. MER. Nō em̄  
nō sti, q̄t huius gratia bella, quot insidiæ, q̄t latrocinia;  
q̄t periuria, quot cædes, quot uincula, quanc̄ longin-  
qua nauigatio, quot mercaturæ, q̄t seruitutes. CHA.  
Propter hoc ne o Mercuri, qd parum ipsi æri p̄stare  
Nā æs noui, ut qui a singulis uectoriibus, qd & tu ip̄e  
non ignoras, obulum cum delectu accip:ā. MER. Est  
ita, ut dicis, o Charon. Verum æs, quia magna est eius  
copia, non est in p̄cio. Aurum uero & huius qdē parū  
hi qui terræ uenas scrutantur, ex immenso profundo  
effodiunt. Att̄ ex terra prouenit, quemadmodum &  
plumbū & reliqua metalla. CHA. Insignem quandam  
hoīum stultitiam narras, q̄ tāto amore, psequuntrem  
tum pallidam, tum etiā grauem. MER. At Solon ille,  
aurū minime mirari uidet, ut & plane uides. Nam cū  
Crœsum ipsum, tum uero maxime hoīis barbari factan-  
tiā deridet, adeo ut uideat etiam mihi hac ipsa de re  
Crœsum uelle percunctari. Quamobrē auscultemus.  
SOL. Dic mihi o Crœse putas ne laterū horum indi-  
gere Appollinem? CROE. Per louē. Nullum em̄ ip̄i  
est donarium Delphis suspensum tam magnificum.  
SOL. Arbitraris ergo te deum beatū reddere, si inter  
alia multa tuo beneficio & aureos lateres possideat;

CROE. Quid nō SOL. Magnam mihi paupertatē  
in ccelo narras o Croeſe, ſi deos cum forte defyderent  
aurum ex Lydia aduehere oportebit. CROE. Vbi. n.  
alibi aurī proueniret tñ quantū apud nos. SOL. Rur  
ſus illud mihi dicio, ferrum in Lydia naſcitur. CROE.  
Nō temere. SOL. Potioris ergo rei idigi eſtis. CRoe:  
Qui nam ferrum pſtātius auro. SOL. Si citra ſtoma  
chū respōdere uelis, facile quidē intellexeris. CROE.  
Interroga tu modo o Solon. SOL. Vtri pſtantiores  
an quiſeruant ac defendunt, an quiſeruant & defendū  
tur. CROE. Quiſeruant pfecto. SOL. Quid ergo. Si  
quemadmodum quidam narrant, futurū Lydos Cy-  
rus adort⁹ fuerit, aureos ne gladios militi tuo facies, an  
ferro tum erat opus? CROE. Ferro ſane ferro. SOL.  
Et ſi huius copiam non apparaueris futurū ut egregiū  
illud aurum captiuum ad Persas abeat. CROE. Bona  
uerba o homo. SOL. Dii meliora uelint, q̄ ut hęc hoc  
modo fiāt. Verum tu hac uia uideris ferrum auro no-  
bilius fateri. CROE. Ferreos ergo lateres deo me cōſe-  
crare iubes, aurum autē reuocare. SOL. Necq; ferro  
ille indiguerit. Sed ſiue æſ ſiue aurū dicaris, aliis ſane fu-  
turam p̄dam ac poſſeſſionem ſuſpenderis, & id qđem  
aut Phocēſibus, aut Bceotiis, aut Delphis ipſis, aut etiā  
predoni alicui tyranno, deus aut̄ aurifices tuos plane  
nihil morat. CROE. Semp tu qđem diuitias mihi inui-  
des & oppugnas. MER. Nō fert delicatus hic Lydus  
o Charō uerberum & libertatem & ueritatē. Quin ei  
peregrina quædam res & noua uidet hoīem obscurō

loco natum ac pauperē, ea quæ urgeant, intrepide dicere. At qui haud ita multo post Solonis recordabitur. Nimirū quando eū a Cyro captū, in constructum ro-  
gum oportebit confidēre. Nam quæ cuicq; Parcarū  
fusō sint decreta ipsam Clotho nuper legentem audi-  
ui. In quibus & hæc erāt scripta. Croesum qđem a Cy-  
ro captiuū duci, ipsum aut̄ Cyrum a Massagetide illa  
necari. Viden Scythicā illā foeminam, candido uehen-  
tem equor̄ CHA. Per louem MER. Tomyris ea est,  
que sua ipsius manū Cyri caput detruncatū in utrem  
cruore refertū intrudet. Sed & filium Cyri uides adol-  
lescentem; Cambyses ille est. Is patre defuncto in im-  
perium succedet. Ac ubi mille modis errarit & in Ly-  
dia & in Aethyopia, tādem insania correptus, occiso  
a se Api, migrabit e uita. CHA. O rīsum inexhaustū.  
Sed nū quis uel aspicere sustineat ipsos, adeo sibi prę-  
cæteris placentes; aut etiam cui credibile uideri pote-  
rit, illum scilicet paulo post fore captiuū? Hunc autē  
caput in utre sanguine pleno habiturum; At qui nā  
is est o Mercuri cui pallam purpuream fibula necit;  
quem corona adornat, cuicq; cocus pisces uentre disse-  
cto annulum exhibit, in gente mari septa, regis se no-  
mine iactat; MER. Belle o Charon, qđ interim occi-  
nis. Ceterum Polycratem Samiorū tyrannum uides,  
qui ipse se modis omnibus foelicē putat. Verū & hic  
tandem ab afflidente famulo Mæandrio, Oroetæ sa-  
trapæ prodit, in crucē suffiget. Miles sane, q uel tem-  
poris momēto ex uniuersa foelicitate exciderit. Nam

& hæc nup ex Clotho audiui. CHA. Præclare o Clotho, ita & ipsos in crucem suffige, & eorū capita gene rose detrunca, quo se homines tandem agnoscant. Sed & tuo beneficio in sublime adeo ferant. Nimirum ut postea quanto altiori ruina tāto grauiori dolore decidant. Porro quod ad me attinet, quēcunqz horū nudum in nauigio agnouero, eum maxime ridebo. Qñ neqz purpuram, neqz regium capitis tegmen, deniqz neqz solium secum adferat aureū. MER. Et horū qui dem fortuna siccē habebit. Sed & vastam quandam multitudinem uides, atqz ex hac alios nauiganteis, alios bella gerenteis, alios in foro litiganteis, alios terrā aratro proscindenteis, alios scenerāteis, postremo alios mendicanteis : CHA. Turbam quandā uideo uariam ac pmiscuam, & uitam perturbationum plenam. At hæc ciuitates cōspicio apum examinibus similes, in quibus pprium quendā peculiarēqz singuli habēt aculeum quo libi uicinos pungunt. Quinā aut ex ip̄is uelut Crabrones, aguntqz feruntqz imbecilliores, ac uiribus inferiorē. At agmē illud, qđ ex iiii pūis ip̄os circūuolat, qui nam sunt : MER. Spes o Charon & metus & amētia, tum uoluptas, auaritia, ira, odiū, atqz id genus alia. Ex his aut, ignorantia infimæ turbæ est permissa. Atqz in eadē cū ip̄is repub. degit ira, odium æmulatio. Tum & impitia, hesitancia, auaritia. Porro metus & spes ipsos supuolitantes. Ille quidem horrem incutit, aliquando uero tantū trepidare facit. Hæ aut supra caput in altū uergentes, ubi quispiā appræ-

hendere conet, in sublime uolantes, aufugiūt, illis inhi  
antibus relictis. Quod ipum & Tantalum apud infe  
ros ab aqua pati uides. Quod si aciem intenderis, con  
spicies in alto & parcas ipsas ex penso singulis adnere  
tenuia quādam fila, quibus uniuersum mortaliū genus  
subnixū dependet, uideri quasi quādam araneorū ne  
xus ab ipsis fusis in singulos demissos: CHA. Evidē.  
filū ut plurimū, admodū tenue ac fragile cuique est subli  
mi innexū video, hoc quādem illi, illud yō alii, MERC.  
Recte uides o portitor. Nā ab ipso fato imminet interi  
tus, illi ab hoc, huic aut ab alio. Atque hūc hæredem fo  
re eius, cuiuscūque filū fragilius fuerit. Rursus autē illū  
huius. Tale em quādam cōnexio illa portendit. Vides  
ergo cūctos a tenui filo suis penso. Atque hic quādem ex  
ipsis in altū subtrahitus, sublimis est. Verū paulo post,  
ubi pōderi tāto sustinendo nō amplius par fuerit, filo  
dirupto decidēs, ingentē excitabit strepitū. Alius autē,  
quā paululū tantū a terra fuerit subductus, tāetsi cadat, ci  
tra tñ strepitū iacebit, adeo ut ruinā uix ipsi exaudiant  
uicini. CHA. Nimis quāridicula sunt hæco Mercuri.  
MER. Atqui ne uerbis quādem ullis pro dignitate con  
seq possis quā sint ridicula, maxie ardua ipsoꝝ studia, &  
quād nonnūq; interea dū multa spe alunt, intereunt, ab  
optima scilicet morte arrepti. Cuius nūntii & ministri,  
ut cernis admodū sunt multi, puta febres, tū feruidæ,  
tū frigidæ (latinis ueteribꝫ querceræ dictæ) tabes, pul  
moniæque, tum gladii latrocinia, aconita. Iudices quoque ac  
Tyranni. Et horū nihil omnino mētem eorum subit,  
tantisper sane, dum conat⁹ eorū sc̄eliciter, pcesserint.

At si quādo sua se spe falsos senserint, tū illud ohe fre-  
quens in ore pariter & eheu eheu & hei mihi hei mi-  
hi. Quod si iam inde ab initio secū perpēderent mor-  
tales se esse, ac posteaq; paululum hoc temporis in ui-  
ta fuerint peregrinati, hinc relictis reb; terrenis om̄i  
bus uelut ē somno migraturos, pfecto & prudentius  
circūspectiusq; uitam ducerent, & cum emoriēdum  
esset, minus angerent. Nunc aut, quia præsentī rerū  
statu usuros se perpetuo sperant, cū minister aut uo-  
carit, aut abducere fuerit conatus, irretitos uel febre  
uel tabe, stomachant, & ducenti renitunt. Propterea  
sane quod abstrahendos se ē bonis p̄sentibus ne ex-  
pectarint quidem. Sed em̄ quid non faceret ille, qui  
domum magno studio edificando oparios urget, si  
prospexerit eam quidem finem habituram, ipm autē  
se cum iandudum fastigium imposuerit, deceſſurū.  
Domo ita relicta heredi, ut is fruat. Ipse aut miser, ne  
semel quidem in ea c̄net. lam qui stirpe uirili auctus,  
conuiuio excipit amicos, patris nomen, nempe suum,  
puero imponit: si præsciret puerum septem annos  
natum, emoriturum: nunquid ob prolem tibi ui-  
deret gaudio ferri tam immodico? Verum in causa  
est quod in eū qdem intuet, cui in filio res p̄spere ca-  
dunt, cui patrem esse cōtingit, uel athletę uel eius qui  
uicerit olympia. Vicinum aut, qui natum cremādum  
effert, nō inspicit, necq; nouit quo funiculo, q̄q; tenui-  
sibi sit suspensus. Quin & eorū qui de finibus digla-  
diantur, quanta sit turba uides, & q̄ multi coaceruent

pecunias, qui tamē, anteçp̄ ip̄is frui liceat, ab imminē-  
tibus quos dixi, tum nuntiis, tum ministris auocātur.

CHA. Video istēc om̄ia, & mecum ip̄e cogito, quidnā  
sit eis in uita iucundū, aut quid tandem sit illud quo spo-  
liati tanto p̄e stomachent. MER. Quin etiam si ipsorum  
reges, quos uel omnium fœlicissimos esse apparet,  
introspectiat quispiā diligēter. Nimirū, præterq̄ quod  
instabili & ancipiti fortunæ ludo iactant; inuenerit  
eis inhērere tristia longe plura iucundis. Tot timori-  
bus, tot turbis, tot odiis, tot insidiis, tot iris, tot adulati-  
onibus, miserī illi inuoluunt. Pretermitto & luctus &  
morbos, tum & affectus, qui ex æquo tū uulgo & his  
dominant; Vsc̄ adeo ut non minoris fuerit & t̄pis  
& negocii horum hic recensere mala, q̄ & priuatorū.

CHA. Tibi ergo o Mercuri dicere uolo, cuinā mor-  
tales ad similes, mihi uideant, atq̄ horum uita omnis.  
Vidistin aliquā bullas illas in aqua, torrente aliquo cū  
strepitu scaturiente, existentes; Tumores illos infla-  
tos dico, quibus cogit spuma. Earum sane q̄dam sunt  
paruae & exiles, que iam statim dissolutae euaneſcant.  
Aliæ ȳo diutius durant, atq̄ aliis ad se coactis uehe-  
menter inflantur, ac in maximū surgūt tumorē. Tan-  
dem & hæc dissoluuntur, omnino pereuntq̄. Neq̄ em-  
secus fieri poterit. Hæc tibi hominū uita. Singuli statu-  
tumescunt, ita ut alii sint maiores, alii autē minores. Po-  
stremo alii quidem momentaneam moxq̄ deficien-  
tem sentiant inflationem, alii uero prius deficiant q̄  
omnino constituant. At om̄es destrui & euaneſcere

necessē est. MER. Nihil tu quidem infelicius, hominē  
naturā, similitudine exp̄fisti, quæ ipse Homerus, qui  
universum mortaliū genus arborū foliis comparat.  
CHA. At cū tam fragilis sit eorum cōditio, uides tñ,  
ut inuicem auide cōtendant pro imperiis, pro honorib⁹  
bus, possessionibusq; certādo. Cum tñ ipsos, universis  
his post le relictis, unico tantū obulo onustos ad  
nos uenire oporteat. Vis igit, qm̄ in edito cōsistimus  
loco, q̄ possū magna uoce acclamando, eos adhorter  
Prīmū qdem, ut a conatibus & stultis & uanis abstine  
ant. Deinde, ut morte semper præ oculis habētes, hūc  
uitæ cursum transigant. In hanc sententiā uerba p̄cla  
mans. O stulti quid tanto studio in his rebus molimini?  
Desistite a laboribus, necq; em̄ p̄petuo uiuetis. Ni  
hil ex his, quæ hic præclara habent, perpetuum est.  
Nec aliqd istorū, quū moriēdum est, secum auferre  
quisq; poterit. Quin necessē est, hoīem qdem (quisq;  
is tandem fuerit) nudum abire. Domū aut atq; agrū  
& aurum in aliorū transfire manus, sempq; dominū  
mutare. Hæc atq; eiusmodi alia, si unde exaudiri pos  
sint, ipsis in clamarē, an non putas uitæ eorū magnē fo  
re utilitati. Ita, ut etiam prudentiores longe inde fieri  
queant. MER. O beate nescis q̄ fortiter eos, tū ignorā  
tantia, tum error occupauerit, adeo ut eorū aures ne  
terebro qdem amplius ap̄ire queas. Tanta obturari tū  
cera, haud aliter, ac sotiorū aures & Vlysses ueritus,  
ne Sirenū cātus exaudirēt. At qnam audire poterint;  
etiam si uocē in tantū intendas, ut rūparis; Nempe qd  
apud uos obliuiois fons pōt, idē hīc p̄stat ignorātia.

Quanq̄ sunt in eis & pauci qdam, qui, qm̄ cærā in au-  
res non accipiūt, ad ueritatē ipsam declināt, atq̄ in iphis  
rebus cernētes acutū, q̄les sint agnoscāt. CHA. Vel il-  
lis ergo solis acclamarē. MER. Supuacaneū fuerit, ea  
quæ sciunt, ad eos dicere. Vides quō a uulgi turbā se  
moti, rideant, q̄ alii factitarint. Tū neutiç cōuenit iphis  
cum uulgo, adeo, ut iā nūc appearat, ipfos fugā e uita ad  
nos adornare. Verū oībus odiosi sunt, eo q̄ istarū im-  
peritiā redarguāt. CHA. Belle o generosi uos, tametsi  
o Mercuri, admodum sunt pauci. MER. Vel hōs esse  
fuerit satis. Sed nūc descendamus. CHA. Vnū adhuc  
discere desideriū est, qd ubi docueris, pfectā sane do-  
ctrinā dederis. Nā cōtueri gestio, in q̄ cadauera repo-  
nant, dū in terrā defodiūt. MER. Sepulchra, cōditoria  
& monumēta hæc uocāt. Ceterū tumulos illos ante ur-  
bes uides, tū colūnas, & pyramidas. Oīa illa mortuorū  
sunt receptacula, cadauerūq̄ tentoria. CHA. qd ergo  
saxa illi coronāt, unguentoq̄ inungūt; alii p tumulis  
cōstructo rogo, ac fouea effossa sumptuosas illas exu-  
rūt cenas, & uinū mulsumq̄ (quantū cōiecturis asseq-  
possum) in ipsas foueas infundūt; MER. Eqdem ig-  
noro o Portitor, qd hec ad eos, q̄ apud inferos agūt,  
pertineāt. Verū illis p̄suasum est, umbras ab inferis re-  
duces cenare qdem utcūq̄ liceat circū nidore uolitā-  
do, bibere aut e foueis mulsum. CHA. Illos adhuc bi-  
bere, uel esitare, q̄rū caluariæ sunt aridissimæ; Atqui  
ridiculū est, me tibi hæc dicere. Qui qd q̄tidie ipfos  
deducas, probe nosti an ubi semel terrā subierint, de-  
nuo uelut postliminio iure ad supos remeare q̄ant.

Quin & ipse maxime ridicula paterer, tot negotiis occupat⁹, si eos traicēdo non deducere solū, sed reducere oporteret, si quando uellent bibere. O stulti que est hæc clementia! Non scitis q̄ late distantibus finib⁹ uiuentium & mortuorum res sunt seruictæ, quoq; patto se res habeant apud nos. Vbi

Mortuus est æque tumuli qui nescit honorem  
Et qui sortitur spectandi funera laxi.

Atq; honor unus adest & regi Agamēnoni, & Irō  
Thersitæ & similis Thetidos formosus Achilles

Vmbræ nam pariter siccæ nudæq; pererrant  
Aphodeli campos confracto uertice cunctæ.

MER. Pape q̄ mīta ex Homero hauris. Sed quia me submonuisti, Achillis sepulchrum tibi uolo indicare.

Vides illud qd prope mare situm est, illiū Troianum est Sygeum. E regione aut conditus est Ajax in Rheo. C.H.A. Non magnifica necq; insignia sunt monumenta. Verū celebriores urbes mihi cōmonstra, de quibus infernæ tam magnifica audimus, Ninum sci-  
licet Sārdanapali urbem, Babylonem, Mycenæ q̄q;.

Tum & Cleonās simul & Ilium ipm, nam illinc oriundos multos memini traiicere, adeo ut totis iam decem annis necq; nauē subduxerim⁹, necq; ea interim refixerit. MER. Ninus qdem o Portitor iam est euersa ita ut ne uestigium eius sit reliquum. Necq; ubi sita fūerit olim facile dixeris. Babylon autem tibi illa est tot turribus bene munita, quæq; magno illo ambitu est septa, haud ita multo post & ipa desiderāda, quemad-

modum nūc Ninus. At Mycænas & Cleonas me sa-  
ne cōmonstrare pudet. Omnia uero maxē lliū. Ali  
oquin, ubi descenderis, sat scio, præfotaris Homerū,  
ppteræa qd tam magnificis uerſibus has nugas decan-  
tare non erubuerit. Veruntamen & quondam extite  
runt foelices. Nūc aut mortuæ sunt & ip̄e. Vrbes em̄  
o Portitor perinde achoies emoriuntur. Et qd longe  
mirabilius, solidi etiam fluuii, ita ut Inachi ipsius in Ar-  
go ne monumnetū quidem reliquū appareat. CHA.  
Vah quæ laudes Homere, quancq superba nomina  
Ingens Ilium ac

Mœnib. amplum. Tum

Structæ belle Cleonæ.

Sed interim dū fabulamur, qui nam illic dimicant, &  
qua pro re se mutuo cedūt: MER. Argiuos uides &  
Lacedemonios o Charon, atq semimortuū impato  
rem Othryadem suo ipsius nomine trophæū inscri-  
bentem. CHA. At pro eis est pugna: MER. Pro eo  
ip̄o agro, in quo pugnant. CHA. O hoīm amentiam  
qui haud sciunt se, etiā si nunc quisq eorū totū Pelo-  
pōnesum possideat, unius tñ uix pedis locū ab Ae-  
aco accepturus. Campum aut alias alii colent, s̄epe etiā  
hoc trophæo p̄ aratrū reuulso. MER. Hęc quidem  
hoc modo se habebunt. At nos iā hinc descendamus,  
ac montibus his in suas sedes repositis, regrediamur.  
Ego quidem quo sum ire iussus, tu uero ad nauem.  
Equidem post paulum ueniam & ipse tibi umbrarū  
gregē mecum adducēs. CHA. Probe fecisti o Mercuri,

atq; in eorum albū adscriberis, a qbus beneficio me affectū ppetuo agnoscam. Quandoqdem, tua ope in hac pegrinatione plurimū sum adiut⁹. O qualia infœlicium hoīm studia. Reges, lateres aurei, magnifica sa-  
crificia, prælia, Charontis aut nulla habetur ratio.

FINIS

LVCIANI CATAPLVS SIVE TY  
rannus, Petro Mosellano Protegensi interprete.  
CHARON. CLOTHO.

**A**Ge uero o Clotho, nauis quidem hæc iam dudū nos expectat parata, & ad nauigatio-  
nem cōmode admodū instruēta ē. Si qdē  
& sentinā exhausimus, & malū ereximus, tū & uelum  
est passum, ac remi suo loco collocati oēs, ita ut, qd in  
me est, obster plane nihil, quin anchora subtracta iam  
hinc soluam⁹. Verū Mercurius, q iā diu adesse debu-  
isset, solus est in mora. Itaq; quū hodie iā ter traieciisse  
licuisset uectorib⁹, ut uides, adhuc uacuū est nauigū.  
Et iā ad uesperā uergit dies. Nos aut nondū ne obolū  
quidē demeruim⁹. Porro Pluto, sat scio, me huius mo-  
ræ authore suspicabit̄. Idq; quū apud aliū sit negotii  
culpa. Ille aut bonus & egregius umbrarū dux, quēad  
modū & alius qspiam ex umbris hausto apud lūpos  
obliuīōis fonte, ad nos redire oblitus est. Et ut cōicio-  
cū ephœbis luctat̄, aut citharā pulsat̄, aut fabulas aliq;  
denarrat, scilicet q̄ sit bellus nugator ostentās. Vel et̄  
interim, dū regredit̄ inter uiā furādi studio forsan oc-  
cupat̄. Nam ex artib⁹ qs pfitef̄, hec uel p̄cipua est. Ad  
hūc ergo modū, p suo arbitrio libere nobiscū agit, ni-

hil etuerit, qd media ex pte est nr. CLO. At qd nosti  
o Charon, an negotio aliquo detineat, loue uidelicet po-  
stulare, ut in pcurandis superum rebus iustum tēpus insu-  
mat. Herus autem est & ille. CHA. At nō ita ut ultra iu-  
stum modum cōmuni mācipio debeat impitare. Qn nos,  
cū abeundi tēpus esset, ne unq̄ qdem eū detinuimus.  
Sed ego rei causam p̄pemodū cōiecturis asseqr. Nē  
pe apud nos malua tantum est cū libamētis, & placētula,  
silicerniacqz. Cetera yō caligo, & nebula, tenebregz. In  
coelo autem pterq̄ q̄ clara aclucida sunt oia, ambrosia  
multa, piter & nectar affatim suppetit, adeo, ut mihi  
q̄qz hoc noīe suauius, lubētiusqz apud illos cūctari ui-  
deat. Quin & a nobis subuolare cōsuevit, pindē ac si  
e carcere aliquo aufugeret. Vbi yō descendēdi fuerit tē-  
pus, lente admodum, & pedetētim uix tandem accedit.  
CLO. Mīce irā istā o Charō. Siquidem hic ppe adest,  
cōplureis secū adducēs. Immo ut cernis, dēsam turbā  
uelut gregē uirga p̄ se agit. Sed qd hoc cūinctū hercle  
quendā in ipsis cōspicio. Tū aliū risu diffluentē. Por-  
ro aliū quendā pera succinctū, ac baculū manu gestā  
tem, asperūqz ac toruū qddā obtuētē. Deniqz aliis, ut  
gradū addant a tergo iminentē. An nō & Mercuriū  
ipm uides sudore pfusum, pedib⁹ puluere cōspersis,  
tum & cerebro anhelantem, adeo ut os ei suspiriis sit  
distentum? Quid hoc rei est o Mercuri⁹? Hem q̄ est  
hæc trepidatio? Nobis certe uehementer perturba-  
tus uideri. MER. Quid aliud o Clotho q̄ dū scele-  
stum hunc aufugientem prosequor, pene acciderit,  
ut ego ad hanc nauem hodie non fuissēm redditurus.

CLO. At qui nam est aut quid sibi quærens, conat⁹  
est trans̄fugere ⁊ MER. Hoc quidē est uel cuius ma-  
nifestū quod diutius uiuere cogitauit. Est aut̄ uel rex  
quispiam, uel Tyrannus, quantū ex eius eiulatu cōsice-  
re licuit. Nam ingēti quadam ex felicitate se deiectū  
querebatur. CLO. Et quum filum, qđ ei erat innexū  
iam defecisset, stultus tñ ille quasi superuiuere queat,  
aufugit ⁊ MER. Aufugit narras ⁊ Quod si non gene-  
rosissimus hic, qui baculum manu gestat, mihi fuisse  
auxilio, sicq; ipm cōprehensum uinculis alligass̄ emus,  
ē nostris pfecto manibus egregie effugisset. Etem⁹ ex  
quo eū mihi trādidit Atropos, per oēm uiam retrahē-  
re, atq; obniti nunq; destitit. Quin pedib⁹ solo oppo-  
sitis, ita se affirmauit, ut inter ducendū nobis non pa-  
rum negotiū exhibuerit. Aliquoties autē supplicabat,  
ac deprecabat, ingentia daturū se pollicens, si uel pau-  
lulum dimitteret. Ego uero cum hominē ea quę cōtin-  
gere nō possent, ambire uiderē, ut & me decuit, mini-  
me dimisi. At ubi iā ad ipm hostiū usq; pueniss̄ emus,  
ipseq; umbras ut moris est, Aeaco adnumerarem, &  
ille uniuersas ad summā a forore tua trāsmis̄ sam, recē-  
seret, p̄ditissimus hic, nescio quomodo clam nobis au-  
fugerat. Itaq; quū summæ un⁹ deesset, Aeacus addu-  
ctis supciliis, non in omnibus, inqt, passim tu furandi  
artificiū intende. Satis tibi sit, qđ eiusmodi ludos in ce-  
lo reddere concedit. Vmbrarū autē res omnino sunt  
plang, neq; quicq; nos aliqua uia fallere potest. Quatu-  
or supra mille, ut uides, summa habet inscriptos, tu uero.

uno minus adducis; Nisi forsan excusas quod te circu-  
tuererit Atropos. At hunc ego sermonem rubore pse-  
sus, quae in via acciderat, in memoriam reuocare cepi.  
Et cum oculis in orbem ductis, hunc nusquam cernerem,  
facile ait collegi, eum transfiguisse. Quare uiam que re-  
cta ad tænarum reducit, quam potui celeriter, remetior.  
Hic autem optimus uir sua sponte me comitabatur.  
Itaque uelut e carceribus emissi celeri cursu uolates ip-  
sum iam in Tenero deprehendimus, usque adeo parum  
abfuit, quin effugisset. CLO. Et nos o Charon Mer-  
curium adhuc ignauiae dñamus. CHA. Quid ergo  
diutius cunctamur; quasi non satis sit moratus. CLO.  
Probe dicas, inscendat. Ego vero, sumpto in manu libel-  
lo, ingredientes singulos, qui & unde nati, quaque modo  
uita functi sint, ex more dignoscam. Tu autem o Mer-  
curi ipsos excipe, & omnes suo ordine collocato. Verum  
tu infantulos istos primū iniice; quid enim mihi inter-  
roganti quiuerint respondere. MER. En tibi o por-  
titor sunt hi numero trecenti, præter eos qui a paren-  
tibus sunt expositi. CHA. Pape, que est haec soli ferti-  
litas, egregius es umbrarum ductor, uuas immaturas  
nobis adducis. MER. Vini tu o Clotho ab his, indefle-  
tos introducamus. CLO. Vetus istos dicas; maxi-  
me. Quid enim attinet, ut quae ante Euclidem hucusque  
contigerunt sciscitando, ipsa mihi negotia facessam.  
Vos qui plus sexaginta annos natisti, adeste. Sed  
quid hoc? Itan eorum aures annis sunt obturatæ, ut  
me non exaudiant in clamantem; forsan & hos sub-

Iatos importare oportebit. MER. En duodecim dragin-  
ta flacci oēs & apprime maturi, ac in ipso plane tpe  
decerpti. CLO. Per louē qñ quidē iā oēs sunt uuē pas-  
sæ. Saucios o Mercuri nunc adducito. Vos q̄ mortis  
gñe, uitā claus eritis, mihi primū dicite. Sed cur nō ipa-  
met, q̄ cuiq̄ uestrū sint inscripta, inspicio. Octoginta  
in plio cadere heri apud Medos decretum erat, atq;  
una cū his & Oxeartis filiū Gobarem. MER. Adsunt.  
CLO. Præ amoris impatiētia sibi ipsi mortē cōsciu-  
re septē. In primis aut̄ Theagenes p̄hus, ppteræa qd  
scorto Megarenſi, cuius amore flagrabat, potiri non  
posset. MER. En tibi ppe adsunt. CLO. Porroubi illi,  
q̄ de impio certādo mutuis se cedibus consecere. MER.  
Hic astāt. CLO. At quē adulter, in hoc iuuāte  
uxore, nec dedit, is ubi est? MER. En tibi hic adest.  
CLO. Quos iudicū sentētia capit̄is dānauit tandē ad-  
sint, eos inq̄, q̄ carnificinā senserunt, q̄q̄ in crucē sunt  
adacti. Tū sexdecim illi, q̄ a latronibus sunt iugulati,  
Vbi sunt o Mercuri? MER. Adsunt saucii illi, q̄s ui-  
des. Mulieres porro nō & eas una uis adduci. CLO.  
Maxie piter & eos, q̄ naufragio pierunt. Simul em &  
eadē mortis ratiōe, uitā exiuerūt. Sed & q̄s febris in-  
teremit, hos simul adducito. Tū Agathoclē medicū.  
Sed ubi nā p̄hus Cynistus quē Hecates coena ac ouis  
lustralibus, cūq̄ his sepia cruda deuoratis uitā finire  
decretum erat? CYN. Iandudum hic tibi assisto o-  
tu preclarissima Clotho. Verū hoc interim mecum ad-

miror, q̄nam iniuriæ ḡnē maiestate tuā lēgerim, quod  
me tam longo tpe apud superos errare pmiseris. Nā  
uniuersum colum fere uni mihi adglomerasti. Ipse  
certe quanq̄ filum ipsum dirumpere s̄æpe sum cona-  
tus, tamē quū nescio quomodo infra gile esset, quod  
moliebar, efficere non potui. CLO. Evidem te hu-  
manorum peccatorum uelut inspectorem ac medicū  
relinquebam. Jam autem quod fœlix faustumq; sit, in-  
scende. CYN. Minime gentiū, priusq; uinctum hāc  
in scendere compulerimus. Vereor enim ne te preci-  
bus suis a sententia dimoueat. CLO. Age, uideam q; s  
est. MERC. Megapentes Lacydæ filius, Tyrannus.  
CLO. Inscēde tu. MEGA. Nihil minus o regina Clo-  
tho. Potius autem ad superos me remeare paulisper  
sinito. Quod si feceris denuo, ultro me hu recipiam,  
uel nullo uocante. CLOT. At quid nam est, cuius  
gratia tantopere in uitam redire gestis? MEGA.  
Evidem domum semiperficiam reliqui, quam ut  
prius per te liceat ad fastigium perducere, uehemen-  
ter oro. CLOTHO. Nugas agis, quam mox inscen-  
dis? MEGA. Non multum temporis flagito o Par-  
ca, diem hunc saltem mihi apud superos agendum  
concede. Quo tempusculo de pecuniis nostris uxore  
non nihil iniungam, atq; ubi defossum thesaurum  
habuerim, demonstrem. CLOT. Frustra laboras,  
stat sententia. MEGA. Ergo tantum auri peribit?  
CLOTHO. Quin tu hac gratia animo es ocioso.

Nam Megacles poterit tuus cōsobrinus. MEGA. O  
insignem contumeliam, ille mihi inimicus, quem ego  
præsegnitia non occidi? CLO. Ille ipse, qui non mo-  
do non pauloplures, q̄ tu uiuet annos, uerum & pelli-  
ces tuas, & uestes & qcqd est auri nanciscet. MEGA.  
Præter æquum facio Clotho, quod hominibus ini-  
micis, & hostiliter infestis meas fortunas attribuis.  
CLO. Quasi uero tu non eadem hac uia quæ Cidi-  
machi erant, nactus es, non solum ipso occiso, sed &  
liberis eius in conspectu spirantis adhuc & palpitanti-  
tis maestatis. MEGA. Sed iam tum mea erant. CLO.  
Itaq; tui dominii temp⁹ iam effluxit. MEGA. Auscul-  
ta o Clotho, quæ tibi priuatim semotis arbitris dicer e-  
uolo. Vos hinc paulisper abscedite. Si me effugere p-  
miseris, auri puri mille talenta me tibi hodie daturū  
reppromitto. CLO. Ridiculū caput, adhuc aurū & talē-  
ta habes in memoria. MEGA. Sed em, quādo ita uis,  
duos crateras addam, q̄s occiso Cleocrito mihi uendi-  
caui. Eorū uterq; auri puri, defecatiq; centum æquat  
talēta. CLO. Corripite hoīem. Necq; em appetet eū  
sua sponte ingressurū. MEG. Testor uos, murus ma-  
net imperfectus & nauium statio inchoata. Quæ omnia  
si quinq; saltem dies amplius uiuere licuisset, ad fasti-  
giū pduxisse. CLO. Secur⁹ es, alias extruet. MEG.  
Atq; hoc saltem æquum postulare uideor. CLOT.  
Quid hoc? MEG. Ut tantisper superesse liceat, dum  
Pisides sub iugū misero, & Lydis tributū impauero,  
dūq; mihi ipsi magnificēissimo monumēto erecto,  
inscripsero

inscripsero, quæcūq; in uita gessi, uel magna uel egre  
gii impatoris uirtute digna. CLO. Quid c; tu nō unā  
postulas diē, sed ferme uiginti annorū moram. MEG.  
Atqui sponsores uobis exhibere sum paratus, & tam  
breuis more, & mei reditus. Quin etiam, si cordi fue  
rit, obsidē pro me relinquam Agapetū. CLO. O sce  
lestum, eum ne, quē relinquere in terris superstitem  
semper tibi in uotis erat. MEG. Olim is erat animus.  
Nunc aut, quod melius est, uideo. CLO. Veniet &  
ille tibi haud ita multo post, ab eo, qui nūc regē agit,  
& medio sublatus. MEG. Cæterum illud saltē non ne  
gabis o Clotho. CLO. Quid hoc tādem est? MEG.  
Evidē scire gestio, ut sese res mea habitura sit post  
me. CLO. Ausculta tametsi, ubi audieris, sat scio ani  
mo magis angeris. Princípio uxore tua Midas seruus  
potietur, quam iam ante quoq; non semel constupra  
uerat. MEG. Ille ne scelerosus, quem equidem dum  
uxori gratificari studeo, manumisi. CLO. At filia  
tua in pellicum gregem, eius qui iam tyrannidem ex  
ercet, adnumerabit. Porro imagines & statuæ quas  
olim ciuitas tibi erexit, iam eversæ oēs, spectantibus  
risum mouent. MEG. Hoc mihi expediās uelim. Nul  
lus amicorum meorum illis, qui hoc faciunt obſiſtit?  
CLO. At quisnam tibi amicus erat, aut ex qua cauſa  
iusta quempīā tibi cōciliaras? Nescio qd qui uos ue  
lut deos adorant, & qcunq; uel feceritis, uel dixeritis,  
laudant aut timore aut certe sui cōpendii ſe & ea oia fa  
ciunt. Nimirū impii ipsius amici, ac interim tpi serui

entes. MEG. Atq̄ si quando in cōuiuiis ex more uinū libarent, magna uoce oīa mihi bona p̄cabant, adeo ut si fieri posset, unusquisq; eorū etiam pro me mortem subire paratus esset. In summa, per nihil aliud, q̄ nomē meum iurabant. CLO. Propterea ex ecena, quam heri cum qđam eorum cepisti, statim mortē oppetiisti. Nam poculum tibi postremo temperatum, huc te de misit. MEG. Hoc illud est qđ amarū quiddam gustaram. Sed quid ex eo scelere sibi uoluit? CLO. Nimirum multa percunctaris, quū iandudum inscendendi tempus fuisset. MEG. Vnus adhuc restat scrupulus, q̄ me omnium maxime sollicitat, cuiusq; gratia in uitā uel tantillū respicere gestiebam. CLO. Quid hoc tandem est, ingens em̄ aliquod fore apparet? MEG. Carion famulus meus statim, ut me mortuū aduertit, circa uesperam cōclauē, in quo iacebam, ingressus, cū deserta oīa offendisset (necq; em̄ quisq; mei curā gerebat) attractis foribus tanq; nemo adesset, pellicē mēā Glycērium subegit, cū qua opinor, iā multo ante rē habere cōsueuerat. Postea uero cū iam animū uoluptate explessit, oculis in me defixis. Tu qđem, inquit, hominitio scelestē, s̄æpe mihi nihil cōmerito uerbera nō pauca inflixisti. Et cum dicto, comā mihi uellicabat, ac caput tuberibus opplebat. Tandem aut, cū rictu ampliiter diducto, in me despūisset, ac ut in impiorum regiōnem faceret, iussisset, abiuit. Ibi ego quanq; ira succendebar, tamē, quia iam frigidus & exanguis eram, hominē ulcisci nō potui. Porro scelestā famula, cū ad

uenientiū quorundam strepitū sensisset, scilicet ut me  
lugere uideretur, oculis sputo inunctis, eiulando, no-  
menq; meum lugubri uoce inclamando abscedebat;  
quos si p̄hendero. CLO. Quin tu nimis omissis cele-  
riter incendis. Iandudū em̄ tempus, ut in iudiciū con-  
cedas. MEG. At q̄s cōtra hominē regem pronuntia-  
re audebit? CLO. Cōtra regem quidem nemo. Ve-  
rum cōtra umbram Radamanthus, quē in sententiis  
pro cuiusq; merito ferendis, mox equissimū expieris.  
Quare in p̄sentia non amplius cunctare. MEG. Priua-  
tum saltem & unū ex paupib; istis facias licebit. Im-  
mo p̄ rege seruū, modo reuiuscere sinas. CLO. Vbi  
is, qui baculo armatus est, & tu Mercuri. Quin homi-  
nem correpto pede intro trahitis? Necq; em̄ uolunta-  
rius incenderit unq;. MER. Sequere nūc fugitive, ca-  
pe hunc portitor una cū illo altero, atq; ut malo for-  
titer adalligat cura. MEG. Atq; cōuenit honestissimo  
me sedere loco. CLO. Quid ita uero? MEG. Quod  
rex fuerim, per Iouē, & satellites habuerim cōplureis.  
CLO. Et iniuria te uellicabat Carion, hoīem seuum  
adeo, ac intractabilē? Iam certe Tyrannidē admodū  
acerbā, expieris, nimirum hui⁹ gustato baculo. MER.  
Et Cynistus mihi baculum illidere audebit? Nō ego  
te nuper, quod liberius & asperius q̄ pro maiestate,  
obiurgasses, tantūnō cruci adfixi? CLO. Propterea  
& tu nūc hic manebis malo astrictus. MICYL. Dic  
mihi o Clotho, qñ uobis mei nulla est cura? an quia  
paup̄sum, ppter ea me postremū incēdere oportet?

CLO. Tu uero quis tandem es? MICYL. Eodem  
sum Micyllus sutor CLO. Quid? q̄ tā grauiter fers  
moram? Non uides q̄ multa se daturum polliceat hic  
tyrannus, si uel paulum in uitam remittat. Vnde mi-  
rari succurrit, cur non & tibi mora sit iucunda. MIC.  
Ausculta rem paucis Parcarum optima. Non admo-  
dum me delectat munus illud Cyclopis uidelicet in  
hunc modum polliceri. Post omneis alios tādemq;  
uorabit Vtis. Siue em̄ primum siue postremū, iidē  
me, dentes manent. Sed enim necq; alias meæ res, ut  
diuitum se habent. Nostra em̄ & illorum uita (quem  
admodum aiunt) perpendiculo inter sele distant. Qñ  
quidem tyrannus, qui in uita horrendus omnibus &  
suspiciendus uidebat, nunc auro, argento, uestibusq;  
exutus. Tum & equis, cænis, pueris floridis & mulieri  
bus formosis post se relictis, eorum defyderio nō in-  
iuria cruciat, ac a tot cōmodis se abstrahi fert grauiter  
Quibus, nescio q̄modo, anima ipsa, uelut glutino hæ-  
ret affixa, necq; se facile sinit auelli, ut q̄ eis iandiu inhę-  
serit. Quin magis tanq; uinculum aliqd est infragile,  
cui ipsos illigari irretiricq; contingit, adeo, ut ubi q̄spīā  
eos abducere pararit, plorent. Ac cum in cæteris sint  
feroci, in hac tñ uia q̄ ad inferos ducit, meticulosi de-  
prehendunt. Itaq; subinde dant terga, & ad ea q̄ pro-  
cul in luce apud superos gerunt, respicere gestiunt. Si  
cut stultus hic faciebat, qui non solum in itinere aufu-  
gere conabat. Verum etiam hic mortem frustra dep-  
catur. At ego, ut qui in uita pignus haberē nullum, nō

agrum, non domum magnifice extruciām, non aurū  
non supellecīlem, non nomīnis gloriām, non imagi-  
nes, ad mortem expeditus merito eram. Ac statim ut  
mihi solum innuit Atropos, abiectis & subula, & loro  
geniculari, tantū crepidam quandam manu portans  
uoluntarius sequebar. Vlqz adeo haud grauatim, ut  
dum præ festinandi studio subsulto, necqz calceos sub  
ligarim, necqz atramentum abstulerim. Immo uero p̄  
currebam, quæ ante me essent, spectare gestiēs. Necqz  
eñ a tergo mihi erat relicta quidqz, qd me uel con-  
uertere, uel reuocare potuisset. Et per louem, qcunqz  
hic apud uos video mirum q mihi placeant. Nam pa-  
res honorum gradus, hic dari, nec quenqz uicino p̄sta-  
re, res mihi omniū longe suauissima uidet. Deinde cō-  
iecturā facio, ne æs qdem alienū hica creditorib⁹ re-  
posci. Necqz tribuiū cuiqz pendi, necqz, qd omnium ma-  
ximum est, hyberno tpe quenqz rigere, necqz ægrotar-  
e, necqz potentiores in humiliores pugnos ingerere.  
Postremo pace consistunt omnia, & in contrariū tota  
uitæ ratio uersa. Siquidem nos pauperculī ridemus,  
discutiant̄ aut & plorant diuites. CLO. Ergo quum  
iandudum ridentem te conspexerim, qd tādem sit, qd  
potissimū tibi risum mouerit, audire percupio. MIC.  
Ausculta dearum mihi maxime uerenda. Cum apud  
superos, propter tyrannum habitatorem, q apud eū  
fierent, nimiris q accurate inspectabam. Ac tum qdem  
foeliciter ex æquo cum ducis uiuere mihi uidebat. Nā  
cum purpuræ florem spectarem. & comitantiū turbā.

numerarem, aurū ac pocula gemmis distincta mirarer, lectos argenteis pedibus suffultos stupere, beatū plane hoiem p̄dicabam. Adhac eorū, quę in coenam apparabant, nidor s̄æpe me prurire faciebat. Iam uero quum pro maiestate in publicū prodiret, & se ipse subinde erigens, uelut resupinaret, obuiisc̄ stupore iniiceret, cæteris mortalibus pulchrior, & fortunæ beneficio toto pene regio cubito sublimior uidebatur. Sed ubi iam uita functus esset, ipse qđem istis delitiis exutus, ridiculo fuit om̄ibus, ego uero meam stultitiam multo magis ridebam, qui eiūmodi non hoiem, sed hominis pbrū, ad stupore usq; miratus fuisset, cuius felicitatem ex epularū tantum nidore æstimassem: quenq; ob sanguinē qui Laconici maris testudinib; innascit, beatum p̄dicasse. Nec uero hic solū mihi ludo fuit. Verū etiam cum Gniphonem illum frateratorem gementem uiderem, & qđ pecuniis, dū licet fuisse, uis̄nō fuisset, p̄priā sortē deplorātem. Immo, qđ ne semel quidem illis a se gustatis, uerū luxu perditō Rodochari relictis, e uiuis excessisset (hic em̄ quia generere proximus erat, in hereditatem lege uocabatur) Hæc inquam, cum cernerem, risum s̄istere nullo modo potui, præsertim recordari qđ in uita pallidus semper & squalid⁹ obambulasset, & uultu, præ curarum magnitudine, tristi. Deinde, qđ solis digitis opulentus fuisset, quibus talenta & milliones supputare consueuisset, ea paulatim & minutatim corradendo, quæ fortunatissimus Rodocharus haud ita multo post fuc-

rat egregie distracturus. Sed quid iam non hinc solui  
mus? Etenim si quid reliquum est, hoc inter nauigari  
dum ridebimus, quando & hos plorantes uidere lice  
bit. CLO. Inscende tandem, ut anchoram portitor sub  
trahat. CHA. Quid hic? quo fertur? inibi operire.  
Cras te prima luce traiciemus. MICYL. Iniquus es  
o Charon, qui me umbram iam pene exoletam relin  
quis. Age, age, ut lubet. Evidem tibi diem dicam  
apud Rhadamanthum. Hei misero mihi, iam na  
uigant. At ego hic solus relinquor. Atqui cur non  
ad eos natando contendeo? Nec enim, cum iam  
ante sim mortuus, periculum est, ne denuo submer  
sus praeuocari queam. Deinde ut maxime nauig  
are liceat, ne obolus quidem est, quo naulum red  
dam. CLOTHO. Quid hoc rei o Micylle, quum  
istic manes? haud fas est Micyllum ista ratione trans  
fretare. MICYLLVS. Et quid si citius q̄ uos,  
ripam attigero? CLOTHO. Nequaquam. Po  
tius naue adacta, eum recipianus. Tu Mercuri  
corripe hominem. CHARON. At ubi nunc se  
debit, cum ut cernis plena sint omnia. MERCV  
RIVS. Si uidebitur, Tyranni humeris insidat.  
CLOTHO. Quam hoc apposite Mercurio uenit  
in mentem. Ascende ergo atq̄ scelasti huius dor  
sum fortiter procula. Nos autem prosperiter na  
uigemus. CYNISTVS. Aequum fuerit o Charon ut iam hic tibi, quod uerum est detegam..

Equidem obulum, quē pro traiectu debebo , soluere non potero. Quando præter peram, quam uides, & baculum, habeo plane nihil. Ceterum si uel sentina sit exhaurienda, uel agendus remus, en tibi adsum paratus. Porro Charontē Cynisti non poenitebit, dummodo agilem, & firmū dederis remum. CHA. Remiga. Nam a te uel hoc lucrificare fuerit satis. CYN. Non & cantu remiges accendere profuerit. CHA. Per Iouem, siquidē nauticam aliquā cantilenā tenes. CYN. Teneo, & quidem multas. Verum, sicuti tute uides, obſtrepunt hi plorando, sic ut catus ipse interturbet. DIVES. Hei mihi quē reliqui p̄d̄ia. ALIVS. Heu q̄ fertiles agros. Me miserum, qualē reliqui domum. ALIVS. ve ue infantulis meis. AGRICOLA. Quis nunc uias decerp̄et e uitibus, quas hoc anno plātauit? MER. Tu uero Micylle nihil ploras? Atqui fas non est quenq̄ citra lachrymas p̄nauigare. MICYL. Bonā uerba. Nam cum secundo flatu nauigem, quid ploram, non uideo. MER. Attamen pro more paulisper ingemito. MICYL. Quin hac gratia, quando ita uis, plorabo. Hei mihi quot lora reliqui, hei crepidas anti quatias. Eheu marcidos calceos. Nō ego infelix post hac a mane ad uesperam usq; sine cibo pagam. Nec hyemist empare sine calceis & seminudus oberrabo, dentes præ frigoris acerbitate complodēdo. Quis tādem meam habebit subulam? quis aciculam? Satin lamentatum o Mercuri? iam enim iam ripam ferme attigimus. CHA. Age uero pri⁹ naulum reddite. Tu redde ab

redde ab aliis omnibus habeo. Obolum redde Micyl  
le. MICYL. locaris o Charon, aut quemadmodum  
aiunt, in aqua scribis, qui a Micyllo obolum exspectes.  
Ipse certe anteq; hucuenisse, quadrangulus ne esset  
obolus, an rotundus ne noueram qdem. CHA. Egre-  
giam uero & questuofam nauigationem hodiernam  
Abscedite tamē. Ego uero ad equos, boues & canes,  
reliquac; id genus animalia me recipiam. Nam & ea  
traicere oportet. CL. O. Mercuri tu hos exceptos ab-  
ducito. Eqdem in aduersam ripam renauigabo. Indo-  
patem & Hemitrem aduectura. Quandoquidem hi  
de agrorū finibus rixādo mutuo se cōfecerūt. MER.  
Heus uos progrediamur. Immo uero omnes uno ag-  
mine me sequimini. MICYL. O Hercules q; est hæc  
caligo? Vbi nunc formosus ille Megillus. Aut quo  
nam indicio quis Phryne formosiorē Symmachen  
hic dignosceret? Hic enim paria & eiusdem coloris  
omnia, adeo ut nihil sit necq; formosum, necq; formo-  
sius. Quin pallastrum meum, qd ante hac sedum ui-  
deatur, æque nunc est in prætio, q; ipsa regis purpu-  
ra. Nempe quod ambo sint obscura, ac eiusdem tene-  
bris obducta. Tu aut Cyniste ubi tandem es? CYN.  
En tibi Micylle hic adsum, sed si cōmodum uidet pa-  
riter eam. MICYL. Probe dicis, dextrā mihi iniice.  
Dic mihi quando Eleusiniis sacrī initiatus es, nō tibi  
hæc similia uident illis, q; isti siunt. CYN. Recete con-  
fers. En adeo qdam facē gestans accidit, obtuens ter-  
rificū qddam & minabundum. An non est Erinnys.

MICYL. Apparet certe ex habitu. MERC. Excipe  
hos o Tisiphone supra mille quatuor. TISI. Atqui  
iamdudum Rhadamanthus hic uos expectat. RHA.  
Adduc ipso Erinny. Tu uero Mercuri, ut est prece  
nis munus editis nominibus, singulos accerse. CYN.  
O Rhadamanthe per patrem te obsecro, meā cansam  
primū omniū cognoscas. RHA. Qua gratia. CYN.  
omnino gestit animus accusare quendam de malis,  
quæ in uita me conscio cōmisit. Alioqui ni prius qui  
sum, & qua ratione uitæ cursum transegerim, fiat ma  
nifestum, non dignus ero, cui fides adhibeat. RHA.  
Quis ergo es? CYN. Cynistus sum o preclare, pro  
fessione philosophus. RHA. Huc ades, & primū ad  
iudicium assiste. Tu uero accusatores accerse. MER. Si  
quis Cynisti huius est accusator huc prodeat. RHA.  
Nullus accedit, q̄q̄ hoc satis non est o Cyniste. Sed ue  
stimenta detrahe, ut de te, notis tuis inspectis, pnum  
tiē. CYN. At ubi Cynistus notis esset inust? RHA.  
Quod scelera quisquestrum in uita patrarit, tot no  
tas sed q̄ non facile appareant, in aia circūfert. CYN.  
En tibi nudus assisto, quare notas q̄s dicis, inuestigies  
licebit. RHA. Hic per omnia est purus præter treis  
quatuorue cicatrices admodum oblitteratas ac uix  
dum conspicuas. At at quid hoc uestigia certe, &  
inustionū signa. Verum haud scio quomodo sunt  
deleta, immo uero in totum excisa. Quid hæc o Cy  
niste? aut qui denuo purus es factus? CYNIS. Equi  
dem rem tibi indicabo. Olim cum per imperitiam

uitiosus essem, atq; hoc noīe cōplureis cōmeruissem  
notas, sapientiæ studio me ip̄e dedere cepi. Cuius be  
neficio, haud ita multo post uniuersas maculas ex ani  
mo abstensi. RHA. Bono pfecto & presentissimo ex  
usus remedio. Sed iam hinc in beatorū insulas abito  
(illic eī inter optimos locū habebis) si prius Tyrann  
ū, de quo dicis, accusaris. Alios aduoca Mercuri. MI  
CYL. Quod ad meā causam attinet parū sane est, &  
breui cognitione indiget. Iam dudū eīn hic tibi nudus  
adsum. Quare me introspicias, licebit. RHA. At quis  
tandē es? MIC. Sū Micyllus sutor. RHA. Euge o Mi  
cylle purus es omnino, & ne pūctulo qdem notatus.  
Concede & tu ad hunc Cynistum. Accerse nunc Ty  
rannum. MER. Megapenthes Lacydē filius prodeat.  
Quorūsum te agis? accede. Te uoco Tyranne. Quin  
ipsum o Tisiphone in medium proiicis, capite in ter  
ram statuto. Bene habet. Tu nunc o Cyniste, & homi  
nem de sceleribus cōuince. Iam enim hic tibi propter  
adest. CYN. Principio q̄uis in accusando ne uerbis  
quidem opus fuisset, quandoquidem cuius monetæ  
sit, uel ab ipsis notis agnoscere potes, tamen quo res fi  
at sole clarior, & ipsum tibi uirū detegere sermoneq;  
depingere conabor. Ac flagitia quæ ter scelestus ne  
bulo tantisper dum priuatam agebat uitam, peregit,  
egdem cēleo p̄termittenda. Sed ubi partim hoīm per  
ditissimorū atq; audacissimorū, q̄s in hoc sibi cōcilia  
rat, fauore, partim satellitum collecta manu, Tyranni  
dem arripuit, plus sexcentos indicta causa trucidauit.

Deinde cum hac uia singulorum ciuium opes exhauiendo, diuitias summas corrasisset, nulla libidinis spe ciem intentatam reliquit. Quin genus omne cum iniuria, tum crudelitatis in miserios ciues exercuit, uirgines uitiando, adulescentes stuprando. Breuiter modis oibus in subditos debacchando. Iam pro fastu, pro supbia, proq; eius in obuios omneis fremitu, supplicium factis dignum sumere nō possis. Quando minori periculo in solem, q; in hunc defixis oculis tueri licuisset. Porro noua supplicia & ad crudelitatem eius explen dam recens inuenta, quis poterit recēdere? Qui ne ab intima quidem familiaritate coniunctis abstinuerit? Quod si ab eo interemptos huc aduocaris, facile compieres haec haud quaq; a me calumniandi, studio consungi. Immo uero non uocati & uoluntarii, ut uides, hic adfunt, ipsumq; circunstent male urgenter. Hei oēs o Rhadamanthe huius crudelitate uitam amiserunt. Quorum alii formosarum uxorum gratia, isidiis sunt circumuenti. Alii qd liberorum suorum, quos ad iniuriam uiolenter abducebat, nomine stomacharentur, sunt trucidati. Alii qd opibus eorum insidiaretur. Porro alii, qd boni essent & prudētes, quibus haud quaq; cum illius factis conuenire poterat. RHAD. Quid ad haec dicas sacrilege? MEG. Cædes, quas dicit, equidē perpetraui. Cætera uero omnia, nempe adulteria, lœsam puberum pudicitiam, uirginum stupra, haec omnia Cynistus falso criminatur. CYN. Quin & horum testes proferam o Rhadamanthe, RHA. Quos eos di

CIS: CYN. Mercuri eius mihi Lucernā aduoca & Le  
ctum. Hæc enim in medium progressa, quæ se se con  
sciis hic ter scelestus patrarit, testabūtur. MER. Et Le  
ctus & Lucerna Megapēthis huc assint, bene sane qđ  
obsequuntur. RHA. Exponite ergo uos, quæ uobis  
testibus commiserit hic Megapenthes. Tu Lecte dic  
prior. LECT. Vera plane sunt omnia, de qbus a Cy  
nisto accusatur. Me tamen o here Rhadamanthe hæc  
dicere sane pudet, eiusmodi sunt, quæ supra me patra  
uit. RHA. Itaq; eum testimonio tuo apertissime dam  
nas, cum eius facinora ne dicere quidem sustineas. Et  
tu iam Lucerna da testimonium. LVKER. Eqdē  
quæ interdiu sīnt facta, nescio. Neq; enim aderā. Ve  
rum quæ noctu uel in alios fecit, uel ipse est passus, hor  
reodicere. Cæterum nephanda multa, & quo quis iniu  
riæ genere superiora sæpenumero spectauit, adeo ut  
& ipsa quidem aliquoties extingui gestiens, oleum ul  
tro non adbiberim. At ille, quo mihi lucem modis oī  
bus conspurcaret, etiam abominandis facinoribus me  
intuitā adhibuit. RHA. Satis est testimoniorū, sed pur  
puram hanc exue, ut & notarum numerum conspicia  
mus. Pape hic totus est liuidus & insignis, immo præ  
cicatricum crebritate cæruleus. Nunc autem quo tor  
menti genere est puniendus, in Phlegethon tem  
ne in  
ciendus an tradendus Cerbero; CYN. Minime, sed  
sibi est cordi nouum quoddam supplicium, & hoc  
plane dignum indicabo. RHA. Dic modo. Nam ego  
tibi uel hoc nomine magnam habebo gratiam. CYN.

Mos est nif fallor, ut qui moriuntur, ex obliuionis fonte bibant? RHA. Est quidem. Sed quid tum? CYN.  
Hic ergo solus a potu arceatur. RHA. At qua gratias.  
Hac uia graueis lane & molestas dabit poenas. Vide  
licet cum recordabit & qui fuerit, quantas apud superos potentia preualuerit. In primis autem ubi delicias illas suas in animo recolere ceperit. RHA. Probe  
dicis. Itaque ad eum modum damnatus esto. Et ad tantum uinculis alligator, semperque in animo uersato,  
quae, dum uixit, peregit iucunde.

F  
I N I  
S

